

Joachim Schnobel Georg-Andreas Queccius

Disputatio Iuridica De Tutelis

Rostochi[i]: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731865928>

Druck Freier  Zugang



Schützengruppen

Schnobee - Quercinus Vert
jhr. 1647.

DISPUTATIO JURIDICA

De

TUTELIS

Quam

Divini Numinis auxilio

Authoritate Nobilissimi & Amplis-
simi ordinis Jctorum in florentissima Uni-
versitate Rostochienfi

PRÆSIDE

Amplissimo, Excellentissimo & Consul-
tissimo VIRO

DN. JOACHIMO SCHNOBELIO,

J. U. D. Professore publico, Dn. Præceptore
ac Promotore suo ætatem su-
spiciendo.

*Pro viribus & ingenij sui modulo
defendet*

GEORG-ANDREAS QUECCIUS,
Jeverensis Fris.

Die 24. Aprilis. Anno 1647.
in Auditorio majori.

••(o)••

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academia Typographi.

DISERTATIO JURIDICA

TUTELLIS

Divini Numini adxilio

Auctoritate Nobilissimi & Amplis-

sissimi ordinis Senatorum in Borussiae Uni-

versitatis Rostochensis

PER AUCTORITATEM

Magistri Juris Doctoris et Consulis

DR. JOACHIMUS SCHNABELLO

Magistri Juris Doctoris et Praeceptoris



Præsentavit et legit in senatu

Joachimus

GEORG-ANDREAS QUEGCIUS

Joventis filii

Die 24. Aprilis Anno 1647

in Universitate

et (S) 30

Rostochii

Typis Joh. Hillii, Civis Rostochensis, Impressit

IN NOMINE JESU.

Bene enim & competenter universa geri, si principium fiat decens & amabile Deo constat ex Novell. 6. princ.

THESIS I.

DE Jure tutelari ejusq; explicatione acturi, ampliori missa præfatione, definitionem absolutam, quam *Servius Sulpit. in l. 1. ff. d. Tutel. & cum eo Imp. Justinianus §. 1. Inst. h. t.* posuerunt, indagare necesse est. Est autem Tutela vis ac potestas (scilicet qua administratoriam vim & potestatem, in tutore agibilem, in pupillo passibilem qualitatem denotat,) in capite libero, (quamvis salva loquendi ratione hæc verba possint & ad tutorem, & ad pupillum referri: verisimilius tamen est, *Servium* per ea pupillum intellexisse) ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit, Jure civili (civium Romanorum proprio) data ac permessa. Quamvis enim ut pupilli in tutelari aliqua sint potestate, juri naturali conveniat, §. 6. *Inst. d. Attit. tut.* quis verò, cui, quomodo, quousq; &c, tutor dandus, tantum id juris civilis autoritate contingit.

2. Aliorum Dichotomiam evitantes, tria tutela genera statuimus: Testamentariam, legitimam & dativam *l. 40. C. d. Episcop & Cleric. l. ult. C. d. legit. tut. l. 13. pr. ff. d. excus. tut. l. 7. ff. rem pup. salv. for. l. ult. C. d. auth. præst. l. 14. §. 1. ff. d. sol.* Tutores etenim Honorarii & notitiæ causa dati nova genera non constituunt: sed ordinem administracionis demonstrant.

3. Has inter species sibi principem vindicat locum *Testamentaria*, quando videlicet parentes liberis suis diversi sexus impuberibus, nec modò natis, sed & nascituris, sive posthumis, *text. in §. ult. Inst. qui test. tut.* imò & nepotibus, & nepibus modò in patris sui naturalis potestatem non recasuris *l. 1. §. fin. & l. 10. §. 2. ff. h. t.* (unde quæ constituitur à patre

tutela, pars h. e. effectus patriæ potestatis esse dicitur. *l. 40. ff. d. admio. tut. l. f. C. quand. tut. vel cur.* testamento (vel codicillis testamento confirmatis, *l. 14 ff. d. jur. codicil.*) & quidem tum demum effectum habituro, cum ex eo adita fuerit hereditas *l. 3. ff. de test. tut. dant tutores §. 3. Inst. d. tut. l. 1 ff. d. test. tut. l. 2. ff. d. vulg. & pupill. substit.*

4. Cum verò patri filiis suis, quos heredes instituit, testamento tutores dare permissum sit: etiam in prorsus exhereditatis idem obtinere, jure Romanorum rectè defendimus. *l. 4. ff. d. test. tut. l. 10. §. 2. l. 31. ff. eod. l. 20. ff. d. bon. poss. cont. tab.* à potestate enim patriæ non excluduntur, sed sui heredes manent, *l. 6. ff. unde legitimis.* licet effectum non sui, b. e. hereditatem capiant *l. 1. §. pen. ff. d. sui & legitim.* Neq; confirmatio judicis desideranda, nisi ob exheredationem filii testamentum oppugnetur *l. 26 §. fin. ff. d. test. tut.* Secus tamen si pater emancipato, qui non est in potestate, neq; jus suiutatis habet, tutores dederit, utpote non jure dati à præside sine inquisitione tamen in idoneitatem confirmantur: modo de voluntate patris constet, & tutor non sit per errorem, quasi idoneus datus *§. 5. Inst. d. tutel. l. 4. ff. hinc. l. 1. §. 2. l. 2. ff. d. confirm. tut.* quæ confirmatio requiritur etiam si extraneus extraneum, in quem nihil juris habet, aut mater filium (qui ipsi extraneus est, *l. fin. d. nat. lib.*) heredem instituerit, tutoresq; dederit: ut tamen per inquisitionem idonei pronuncientur. *l. 2. ff. d. confirm. tut. l. 1. C. eod. idq; ob lubricum mulieris consilium, l. 5. §. 1 ff. d. adm. tut.* quo contra propria sapè commoda laborat. *l. 4. C. d. spons.*

5. Et taliter confirmatos tam sine quàm ex inquisitione, non ante confirmationem solum, *l. 3. ff. l. 3. C. d. confirm. tut.* sed & post eam, cum accidens essentiam non mutet. *arg. l. 6. ff. d. Jurid. ac propterea, quod secundum mentem testatoris dicantur confirmati, l. 1. §. 1 in f. ff. d. Conf. tut. rectè pro testamentariis recipimus, vide d. l. 3. ff. d. confirm. tut. l. 26 §. fin. d. test. tut. & l. 32. ff. d. Excusat.*

6. Filius familias quamvis respectu patriæ potestatis, quia qui ipse in potestate est, alios in sua potestate habere nequit, *l. 21. ff. ad l. Jul. d. adule.* à tutela videatur repelli: quia verò tutela publicum est & civile munus, *per pr. tit. Inst. d. excus. tut. l. 17. §. eos ff. eod.* in quo cessat patriæ potestas, *l. 9. ff. d. hi qui sui vel al. jur. sunt. l. 6. ff. quod cuiuscunq; universitarii nomine &c. l. 2. ff. d. muner.* nihil obstat, quin salvo jure, non solum testamento, sed & à magistratu, *l. 7. ff. d. tutel.* ille quidem
in so-

in solidum ex administratione tutelæ; *Bocev. in ob. 15. d. tutel. per arg. l. 21. ff. d. adm. tut.* hic verò in quantum facere potest, obligandus, *Idem, per l. 11. ff. d. tutel. Et ration. distrah.* ad suscipiendam tutelam admittatur.

7. Servus proprius, si nulla libertatis mentione facta purè datus fuerit, tacitè directam videtur accepisse libertatem, *S. 1. Inst. qui test. tut. dar. l. 32. §. ult. ff. d. test. tut.* non fideicommissariam, quia testatoris voluntas refragatur Aliud dicendum si verbis precariis datus sit *l. 9. C. de fideio. libert.* Servum vero alienum purè inutiliter dari tutorem affirmat *Imp in S. 1. Inst. qui testam. tut. At l. 10. §. 4. vers. quinimo ff. d. test. tut.* tradit, eo casu quo servus alienus purè datus est, tacitè inesse conditionem, cum liber erit, & prorsus valere, non directò, sed per fideicommissum *D. Bocev. ob. 18. d. Tutel.*

8. Cum autem minor viginti quinque annis, licet veniam ætatis impetraverit, *Horprecht ad S. 2. Inst. qui test. tut.* (quemadmodum & furiosus, mente captus, prodigus, surdus, mutus, cæcus, perpetuo morbo laborantes, nisi recuperata demum animi & corporis sanitate) tutelam tamen gerere non possit, donec ad legitimam ætatem pervenerit, *S. 2. Inst. qui test. tut.* (Incivile enim est, eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam sustinere. *S. 15. Inst. d. excus. tut. l. ult. C. d. leg. tut.*) Hinc cum *Giphano h. r. n. 21.* pendente illorum ætate, tutorem, qui personam pupilli defendat, donec alter sc. minor iste justam ætatem consequatur, quamvis alii malint curatorem, substituendum esse non dubitamus.

9. Testamentarius quidem tutor non tantum purè; sed etiam sub conditione, ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel ante heredis institutionem, *S. 3. Inst. qui test. tut. dar. l. 8. §. 2. C. l. 11. ff. d. testam. tut.* constitui potest; Secus tamen in tutela honoraria, quippe quæ actus legitimus est, neque diem, neque conditionem recipiens, *l. 77. ff. d. R. J.* adeoque etiam judicialis, qui in pendenti esse non potest; *l. 35. ff. d. Judicib.* Ineptum quoque est, Magistratū, qui officio suo rectè defungi velit, pupillo consulere sub conditione. Sic & multò minus ad legitimam pertinebit. Nam & hæc ex *l. 12. tab. sine die & conditione defertur agnatis,*

10. Princip. licet quidem tuendæ personæ, non certæ rei tutor datur, *S. 3. Inst. qui test. l. 14. d. test. tut.* per consequentiam tamen etiam rebus pupilli, quia harum administratio, veluti accessorium quoddam,

personam pupilli inseparabiliter sequitur. *l. 21. §. licet. d. Excus. tut.*
l. 12. §. 3. d. adm. tut. Non tamen est, ut *obstante l. 15. ff. d. test. tut. cum glosa* ad
alicujus loci patrimonia vel Universitates confugiamus: cum unius duo
patrimonia esse non videantur, *l. 3. l. 30. §. 1. l. 31. ff. Excus. tut.* sed quia
extra *d. l. 15. d. test. tut.* tutor interdum datur ad hereditatem adseun-
dam, *l. 17. §. 1. ff. d. appellat. & relationib. l. 9. d. tut. & cur. dat. l. 21.*
§. f. d. Exc. tut. & ad dotem constituendam, illa regularis, hæc occasio-
ni inserviens, *per l. 14. ff. d. test. tut.* utilis dicenda est.

11. Cessante tutela testamentaria (quod sit non tantum cum planè
testatus non est defunctus, vel si hereditas ejus non est adita, vel ruptum
aut irritum est testamentum; Sed & si testamento condito, nulla prorsus
facta sit tutoris mentio, vel si quos dedit, vivo testatore *§. 2. Inst. d. leg.*
agn. tut. vel etiam postmortem testatoris filio adhuc impubere manente
decesserint, *l. 6. ff. d. leg. tutoribus*) succedit Legitima *pr. Inst. d. leg. agn.*
tut. Ex lege enim *12. tab* datur sub conditione, si testamento nemo da-
tus, & quidem successoribus pupilli proximis, *l. 1. §. 1. l. 9. ff. d. leg. tut.*
§. 2. Inst. d. cap. demin. Nov. 118. c. 5. quod in tantum verum, ut quam-
diu spes est legitimi tutoris in primo gradu, non devolvatur tutela ad
sequentis gradus agnatos, sed interim à Prætorè curator datur *l. 10. §. 7.*
ff. d. excus. tut. §. pen. Inst. de curat. Et si plures sint ejusdem gra-
dus proximioris successores, illi omnes pariter ad tutelam vocantur
§. fin. Inst. d. cap. demin. l. 9. ff. d. legit. tut. Quod tamen secus est in
Principis Electoris Laici relicto filio primogenito: Ubi defertur non ad
omnes ejusdem gradus proximiores, sed ad proximum seniores. *Boyer,*
ib. 30. h. t. per aur. Ruhl. Caroli 17. Cap. Von der Churfürsten nachfom-
wen wegen. Idem obtinet de Jur. Saxonie, *Sändr. lib. 1. art. 23. Weich-*
bild art. 49.

12. Et hæc Legitima tutela, quæ à jure solo existit, *l. 1. ff. d. Legit. tut.*
eo fundamento seu ratione nititur, quòd ubi successio est emolumen-
tum, ibi etiam debeat esse onus tutelæ, *Inst. d. legit. patron. tut.* nulla
ob promiscuam successioem in rebus allodialibus, (quod secus in feu-
dalibus, 2. F. 11.) inter agnatos & cognatos habita differentia. *Nov. 118.*
cap. 4. & 5. auth. ficut. C. d. legit. tut.

13. Subsistit autem hæc tutela 1. Si nullus extat testamentarius *vid.*
pr. d. legit. agn. tut. 2. Si agnatio non sit sublata capitis deminutione
§. fin. Inst. d. t. 3. si legitimus tutor proximus sit agnatus. *§. fin. Inst. d.*

cap.

cap. demin. Hoc etiam observasse juvabit voculam PLERUMQUE in §. ubi. Inst. de legit. patron. tut. & l. 16. pr. de tutel. fundamentum determinare, ne indiscriminatim foeminas subsumamus, quæ à tutela velut minere publico & masculorum regulariter arcentur. l. 2. ff. d. R. J. l. 26. d. rest. tut. l. 16. l. fin. d. Tutel. neve indiscriminatim easdem excludamus per Nov. 94. c. 2. Auth. matri. C. Quando mul. Nov. 118. c. 5.

14. Nam jure novo Agnatis & cognatis omnibus; imò & avo paterno, modò defunctus fuerit emancipatus, Treutl. ad th. 2. b. 1. mater & avia gerere volentes tutelam; etiam si creditorices aut debitorices liberorum sint, auth. ad h. C. Quan. mul. tut. off. si modò (jurejurando ob metum perjurij remisso) de vitandis secundis nuptiis & Beneficio SC. Vellejani (de quo Secundum Gail. 2. O 77. mulieres sunt præmuniendæ & certiorandæ) judicialiter abrenuncient, præferuntur. Nov. 118. c. 5. Auth. matri. C. quand. mul. tut. off. Excipe tamen intervenientem novam causam doli; tunc enim etiam si juramento renunciatum sit, nullum parit præjudicium. l. 1. ff. qui sat. d. cog. Nec etiam statuto, quo foemina à successione filij legitima arceatur, à legitimæ tutelæ petitione censeatur exclusa. Obrecht. th. 127. b. 1. Sed quamprimum ad secunda vota progreditur, imò & amplius mortuo marito, licet recipere velit, perdit tutelæ administrationem. Mysf. 3. Obs. 83. Quod si tutelam deposuerit nubendi animo, nec tamen nubat, tutelam prius amissam rectè recuperaturam cum Mysf. d. l. afferimus.

15. Pro ardua illa, quæ huc refertur, quæstione, an tutela Electoralis, quæ proximiori agnato competit, testamento ipsi auferri possit, investiganda, negativè cum Gædde. in l. 120. d. V. S. num. ult. & Matth. Steph. centi. d. sp. 1. Quæst. 98. concludimus. Satis enim ex Aurea Bulla Caroli IV. tit. 7. de Successione P. P. E. E. & Bulla Imp. Sigismundi, de anno 1413. & 1434. §. Orali Successio. cap. 7. clarescit, administrationem Electoratus generaliter, & tum maximè, ubi successor in Electoratu atatis defectu laborat, ipsi successioni inseparabiliter adhærere, hæc q; duo inter se penitus conjuncta & conglutinata esse: Hayprecht ad §. 2. n. 16. Inst. d. legit. agn. tut. neq; jus publicum privatorum pactionibus mutari potest. Treutl. ad th. 3. b. 1. Est tamen notandum, tutorem vel curatorem per constitutionem prædictæ aur. Bull. destinatum, etiam Ducatus, Principatus, Comitatus, cæteraq; territoria ad Electoratum spectantia, æquè

ac imperialia negotia, Electori, Electoratus officij ratione incumbencia, administrare posse. vid. *D. Bocer. ad th. 32. b. 1. Harprecht. ad §. 2. Inst. d. legit. agn. tut.*

16. Testamentaria & legitima tutela non existente *Dativa* admittitur *pr. Inst. d. Attil. tut.* Et si testamentarius sub conditione aut ex die, vel nondum aditâ hereditate, datus fuerit, vel si ab hostibus captus, honorarius tutor, usq; ad conditionis eventum, vel testamentarii ab hostibus reversionem dari potest. *§. 1. C. 2. b. 1.* non tamen sine inquisitione, quæ quatuor modis fit, investigando sc. 1. An tutor dandus moribus sit honestis. 2. An locuples. 3. An seipsum voluerit ingerere aut. 4. Vi pecuniæ eam sibi conciliare. *l. 21. §. 1. 6. ff. d. tut. C. cur. dat.*

17. Constituitur autem à competente Magistratu: Nam tutoris datio neq; imperij, neq; jurisdictionis est, sed legis, & specialiter legibus datur, *b. e.* ei soli competit, cui nominatim hoc dedit lex, senatus consultum, vel Princeps, vel consuetudo. *l. 6. §. 2. ff. d. Tutel.* Quod tamen nemini mirum videbitur. Imperij enim esse non potest; quia magistratibus municipalibus quoq; tributa, quibus imperium non competit, *§. 4. Inst. d. Attil. tut.* Neq; jurisdictionis est, 1. quia id nullibi expressè dicitur. 2. quia à decurionibus constituitur; *l. 19. d. tut. C. cur. dat. l. 3. qui per. tut.* horum autem nulla est jurisdictionis. *tot. tit. d. Decur. l. 239. §. 1. de V. S.* 3. quia tutelæ datio inferioribus mandari non potest, *l. 1. d. tut. C. cur. dat.* Cum tamen jurisdictionis mandetur. *l. fin. d. off. ei. cui mand. est jurisdic.* Sed hodie recepta consuetudine omnes magistratus, & civitatum judices tutores dare solent. *Bart. in l. 1. ff. d. tut. et. cur. dat. Schneid. §. 5. Inst. d. Attil. tut. Reichs. Absch. d. anno 1548.* Von Ordnung vnd reformation guter Poltey, Cap. Von Pupillen vnd mündersjähriken Kindern tucorn vnd Vormündern §. So wollen wir allen / *C.* ut nunc videatur magis jurisdictionis esse quàm legis. Quis autem hodie imperio immediatè subjectis teneatur dare quaritur? Et Cameram Imperialem, competentem utpote magistratum dare, *Cum Gail. lib. 1. Obs. pract. 1. num. 47.* non ambigimus. Cum enim Camera Imperialis hujusmodi pupillorum competens iudex sit, meritò ad eam datio tutoris spectat. *Bocer. ad th. 56. b. 1.*

18. Mater 25. annis major si intra annum liberis etiam naturalibus non prospexerit de tutoribus idoneis, ob desertam pietatem perdit hereditatem eorum, iisq; non succedit, *l. 10. C. d. legit. hered. l. 2. §. 23. ff. ad Scrum*

Setum Tertij l. ult. C. qui pet. tut. cum & indigni judicentur, qui iis succedant, quorum in constituendo tutore nullam vel minus iustam rationem habuerunt. Obrecht. ib. 80. Quod idem in substituto tutorem impuberi petere negligente verum esse putant Treutl. contra 81 & Bart. in l. 2. ff. qui pet. tut. Hinc inferitur, quod quispem succedendi non habent, de urbanitate quidem tutores petere teneantur: si tamen non petant, nullam poenam incurrant. juxta l. nepotib. pen. & ibi gl. sing. C. qui pet. tut.

19. Ad tutoriam autoritatem, quæ est expressa tutoris approbatio, quæ interponitur in ipso negotio, quod pupillus presente tutore gerit, uti constant ex §. 2. Inst. de auct. tut. Wes. par. ff. eod. n. 5. spervenientes, tantum dicemus, quomodo pupillus sine tutoris auctoritate obligetur? Præcognito itaq; I. eum naturaliter debere, qui jure gentium, ex æquitate non actionis beneficio, hoc sc. cujuscunq; pudori relicto dare compellitur. l. 84. §. 1. d. R. l. addel. 6. l. 14. ff. spons. 2. Jus civile neq; totaliter à naturali vel gentium jure decedere, neq; per omnia ei obtemperare: l. 6. d. Jus. & jur. ejus tamen effectus impedire posse prout traditum est. d. l. 6. ff. d. just. & jur. 3. Pupillos arg. l. 1. §. 15. ff. depos. non uno modo considerari. Quamvis autem certò definiti nequeat, quando pupillus ratione uti incipiat, ex quotidianis tamen actibus, aut etiam ex eo, quod communiter in qua; regione accidit, delumendum esse. Adde l. 111. d. R. 7. 4. Pupillum eo ipso, quo non est pauperior factus, locupletiozem esse. l. 47 §. 1. ff. d. solut. concludimus: pupillam sine tutoris auctoritate naturaliter obligari. per l. fin. d. jurej. l. 25. & l. 46 d. fideic. & mand. l. 127. d. V. O. l. 1. d. Novat. effectibus tamen naturalis obligationis (nisi quando locupletior factus est l. 5. pr. de auct. tut. aut ex re venit actio l. 46. de O. & A.) quoad ipsum impeditis l. 41. d. cond. indeb l. 59. d. O. & A. l. 25. d. fidejuf. §. 3. Inst. quib. mod. toll. oblig.

20. Priusquam autem tutela suscipienda, requiritur & pupilli asecuratio: & inventarii conceptio: quarum illa consistit vel in juramenti præstatione, quo sanctè pomittunt, se absq; dilatione pupilli defensionem suscepturos, l. ult. §. pen. C. d. admist. tut. & omnia facturos quæ sunt in rem pupilli. Novel. 72. in fin. vel in Satisfactione rem pupilli salvam fore interponenda. tot. tit. ff. rem pup. salv. for. tot. tit. Inst. d. fariod. tut. à qua tutores testamentarii & à judice confirmati, vel etiam

cum inquisitione dati liberantur : per *pr. Inst. d. sacrd. tut.* quod
etiam parentes sic etiam iudices optimos quosq; eligere soleant. *d. pr.*
Nec obest plus cautionis esse in re, quam in persona, si se pignora
cum debitoris persona conferantur, non autem cum fidejussoribus.
Nec movet, quis satisdederit vel acceperit, ut quosvis pro parte teneri
negemus, *vid. l. 1. §. 10. & seq. ff. d. tut. & rat. dist. l. 38. ff. d. admin.*
tut. vel si privata autoritate administratio sit divisa, singulos in solidum
obligatos abnuamus. *vid. l. 2. C. d. divid. tut.* Secus in honorariis seu
onosis, qui principali demum excusso conveniuntur. *l. 3. §. 2. ff. d. ad-*
ministr. tut. Hodie indistincte omnes *ex constitutione Carolina in ordi-*
natione Polissie anno 1548 promulgata, & postea Francofurti sub Imperio
Rudolphi II. anno 1577. repetita & confirmata, tit. 32. voce juratoria de
fidei administratione, bey verpfändung ihrer Haabe vnd Güter / so viel
dero hierzu von nöthen / cavere tenentur, Unde recte inferitur, si tutor
propter inopiam de indemnitate pupilli cavere nequeat, ad juratoriam
cautionem ipsum non esse admittendum. v. d. Obrecht. ch. 361. h. t.

21. Neq; verò soli tutores & curatores pupillo & adulto ex admi-
nistratione tenentur : sed etiam iis solvendo non existentibus magistra-
tus, ob id se quod satisfactionem exigere : vel circa eam adhibere ali-
quam curam debuerit; sive tutoris dandi jus habuerit, sive non, *l. 1. §. 1.*
& seqq. ff. d. mag. conv. l. ult. C. eod. heredesq; eorum actione subsidia-
ria conveniuntur, §. 2. Inst. d. sacrd. tut. distinguendo inter levem &
latam culpam. *l. 2. C. d. mag. conv. l. 4. ff. eod.*

22. Etsi jam tutor præstiterit satisfactionem & juramentum; ante
tamen inventarii seu repertorii, (quod est caput & fundamentum red-
dendarum rationum. *Obrecht. ch. 417.*) conceptionem, administratio tu-
telæ prorsus est invalida. *l. 24. C. d. administr. tut. l. 7. ff. eod.* Adeo ut
& pater filiorum emancipatorum, vel mater aut avus maternus ab ejus
confessione non releventur : *vid. Harprecht. ad §. 1. Inst. d. legit. agn.*
tut. n. 9. & dolo malo fecisse intelligitur, qui prætermissa inventarii
confessione, tutelam administraverit, ideoq; tanquam suspectus remo-
vendus : utq; eo nomine teneatur pupillo, per juramentum in litem
actum, in id quod interest. *d. l. 7. ff. d. administr. tut.* Imò puniri
in duplum debere, tantum rei non adscriptæ in inventario *affirmat Ca-*
valcan. b. t. n. 59. Quid de herede tutoris? vid. diff. in l. 4. C. d. in lit.
jur,

jur. Poterit autem testator hujus consecutionis solemnitatem expressè prohibere, aut tutori remittere. *l. 11. §. 1. C. arbitrium tutela. vid. Jul. Clar. §. testamentum q. 66.* Sub remissione tamen illa rationum exigendarum jus remissum esse non existimamus *cum Treutl. Diss. 12. tb. 8. lit. d. vol. 2.*

23. Satisfactione prestita, factoque inventario, ipsa succedit administrationi; quæ vel pupilli personam vel res ejus spectat. Quæ personam comprehendit educationem ejus: quæ consistit 1. in constituenda habitatione apud matrem decernenda, nisi vitricum superinduxerit. *l. 1. C. ubi pup. educ.* 2. alimentorum erogatione, spectando modum patrimonij. *l. 7. §. 1. ff. ubi pup. educ.* 3. Institutione in liberalium artium & moralium scientiis. *tit. ff. C. ubi pupill. educar. deb. l. 2. C. d. alim. pup. prest. l. 12. §. 3. ff. d. administ. tut.* Quatenus vero res pupilli decernit: 1. eadem exactè conservet ab omni interitu, 2. augeat, ut quæ servando servari non possunt, vendat vel distrahat, pecunias pupilli ad honestum lucrum det, ubi mercatura exercetur, vel convertat in emptionem præditorum; aliàs tenetur de suo refarcire, & potest contra eum per minorem jurari in litem. *Cavalcan. n. 113. d. tut. C. cur.*

24. Nemo autem immunitatem sibi à munere tutelæ præstare potest, per *l. fin. in pr. ff. d. adm. tut. l. 3. §. f. ff. d. muner. C. honor. nisi qui justas tutelæ habet excusationes.* (utens enim falsis causarum allegationibus ab onere tutelæ vel curæ non liberatur, imò periculum etiam administrationis ad ipsum pertinet ex quo tempore datus est *l. 1. §. 3. C. si tut. vel cur. fals. alleg.*) Idque sit vel in partem, veluti ab administratione rerum, quæ in peregrinis orisunt; *l. 2. C. d. excus. tut. vel in totum, ut ex causis ordine relatis in tit. Inst. ff. C. d. excus. tut.* Quamvis vero Cujacius testamentarios tutores tantum excusationibus uti posse statuat: nullam tamen rationem satis firmam subesse *cum Vulzio ad pr. Inst. d. Excus. tut. n. 6* putamus, cur legitimis hoc beneficium sit denegandum, *l. 3. §. 8. ff. d. leg. tut. l. 9. C. qui dar. tut.* Anne & literarum imperitus? non simpliciter; sed si sit expertus etiam negotiorum. *per §. 8. Inst. h. t. l. 6. ff. eod.*

25. Fieri debet excusatio coram tribunali, apud magistratum, vel apud acta: *l. 13. §. 8. C. 10. ff. d. excus. idque non per libellos, ad hoc scilicet, ut totum negotium per eos conficiatur, l. 25. ff. eod. l. 9. §. 1. d. officio proconsul.* nisi ad hoc ut contestetur summo vendæ præscriptionis

gratia, d. l. 13. §. 1. ubi Cujac. & Duaren. ad eum rit. cap. 1. adde l. 9. §. 1. de officio Procons. l. 31. d. R. J. Tempus quo excusatio proponitur, pro varietate locorum, inter se differt, & ostenduntur in d. l. 13. a pr. usq. ad §. 10. ff. h. t. & §. 16. Inst. d. excus. tut.

26. Qui autem excusare se volunt, ab ipse nominationis decreto non appellant, sed tum demum, cum proposita excusationis causa fuerit reprobata, l. 13. in f. pr. d. excus. tut. l. 1. §. 1. ff. quoad appell. Verum si quis adversus creationem provocaverit, & pendente appellatione decesserit, heresq; ejus mortuo eo victus sit, si forte ex appellatione interposita detrimentum passus sit pupillus, de restituendo eo heres tutoris omnino tenetur, l. 39 §. 6. ff. d. admin. & peric. tut.

27. Sequitur nunc de suspecti crimine, propter quod postulato, quoad cognitio finiatur, administratio §. 7. Inst. hic. alio interim ipsius functioni præstituto, interdicitur, l. 7. C. eod. & crimine comprobato vel tantum removeretur, vel etiam graviori poena castigatur, §. 10. Inst. eod. Descendit hoc ex l. 12. tab. cujus cognitio Romæ ad Prætorem, in provinciis verò ad Præsidem, & Legatum Proconsulis pertinet, §. 1. Inst. h. t. Postulatio hujus competit non tantum parentibus, affinibus, sed & extraneis, l. 6. C. eod. (Unde etiam dicitur actio quasi publica in l. 1. §. consequens ff. eod.) Imò Mulieribus, si pietatis necessitudine, vel injuriâ pupillorum ad hoc ducantur, §. 3. Inst. d. susp. tut. Magistratus, quoq; nemine ultrò agente, suspectum remove potest, per l. 3. §. 4. & l. fin. ff. d. susp. tut. Minoribus tamen non licet, nisi necessariorum consilio, §. 3. 4. h. t. l. 7. ff. l. 6. C. eod. Dicitur autem suspectus, qui non ex fide tutelam gerit, §. 5. Inst. h. t. vel qui his moribus præditus est, ut in suspicionem veniat fraudulenter & perperam administratæ tutelæ, §. ult. & §. 5. eod. l. 8. ff. eod. talis qui sit vid. D. Bocer. th. 129. Et non tantum testamentarii, sed etiam legitimi & dativi possunt suspecti fieri l. 1. §. 1. ff. d. susp. tut. etiam patronus, modo hujus, quemadmodum & legitimorum famæ parcat, nec doli fiat mentio. §. 2. h. t. l. 1. §. 5. ff. h. t. Et antequam tutelam quis gerere incipiat, potest quasi suspectus removeri, l. 5. ff. h. t. forte quia in aliis tutelis fraudulenter versatus sit. Interdum etiam cum infamia: si videlicet fraus ipsius manifesta fuerit facta, l. 2. C. de tut. qui satù non ded.

28. Suspecti accusatione semel mota, statim tutor tutelæ administrationem deserere cogendus, sine ulla interdictione, l. 14. §. 1. ff. d. solut.

Int. Quodsi verò de facto administrare pergat, expellendus est ab administratione, nec prius ad tutelam recipiendus, quam finita demum suspecti actione §. 7. *Inst. hie.* Neq; verò per oblatam satisfactionem declinari potest, cum illa malevolam tutoris propositum haudquaquam mutet. §. *ult. eod.* Quodsi tamen aliquo necessitudinis vinculo tutor pupillo conjunctus sit, præstat tutori curatorem adungi, quam cum nominis & famæ dispendio eundem removeri, l. 9. ff. b. r.

29. Suspectus autem remotus, si quidem ob dolum, famosus est: non æquè si ob culpam, latam se. Nam ob hanc suspectum quem postulari posse constat *ex l. 7. §. 1 ff. b. r.* non verò cum infamia. Contrarium statuentibus obijcitur: quod crassa negligentia causis infamiae non annumeretur, attentæ imprimis negotii gravitate, & officii necessitate l. 5. §. 13. l. 22. d. *his que ut indig.* infamiae poena negligentiae non par erit. Neq; verò lata culpa dolo æquiparatur, citrà fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Nam hoc jur a l. 11. §. *pen. d. his qui not. infam.* ultra remotionis actum non extendunt: quæ enim in uno tertio conveniunt, ea inter se quidem conveniunt, sed non sunt eadem. Nam dolus l. 1. §. 2. ff. d. *dol. mal.* consistit in operando: culpa autem in omittendo.


30. Finitur tutela vel speciatim, quoad tutelam simpliciter, 1. pubertate, quæ in masculis 14. in foeminis 12. anno definitur *pr. Inst. b. r.* 2. eventu conditionis adpositæ, vel certi temporis, §. 2. & 5. *eod. l. 14. §. 3. & ff. d. Tutel.* Vel communiter, quoad tutelam & curam simul: 1. ex parte utriusq; tã pupilli & tutoris, quam minoris & curatoris, morte vera vel quasi, puta maxima vel media capitis deminutione interveniente, §. 3. & 4. *eod. l. 14. ff. d. Tutel.* morte tamen pupilli vel minoris periculum tutelæ nihilo minus ad tutores vel curatores pertinet, *Boet. per l. 60. in pr. ff. d. ritu nupt.* 2. respectu pupilli & minoris, minima capitis deminutione, §. 4. *hæc.* 3. quoad tutorem vel curatorem, justa excusatione: Injusta causa non præstat excusationem, l. 1. §. 8. 9. 13. 19. 21. *G. d. excus. tut.* 4. suspecti remotione, §. *ult. d. l. 14. §. 4. ff. d. Tutel. Ulpian. in Inst. tit. 11. d. Tutel. §. hoc amplius.* de quibus supra dicta sufficiant.

31. Cùm ergo tutor obligetur ad reddendas, 1. administrationis suæ rationes: 2. ad solvendum quæ ex rebus pupillaribus apud eum resident: 3. ad reficienda damna, quæ ex tutelæ officio, alia quam debe-

bat ratione gesto, pupillo sunt illata: Et vicissim pupillus ad id quod tu-
tori abest ex administratione præstandum: duplex statuitur tutelæ actio:
una directa, altera contraria. Directa competit pupillo contra tuto-
rem vel testamentarium, vel legitimum, vel dativum, & contra eum,
qui pro tutore gessit, finita tutela ad reddendas rationes, l. 1. § 3. de
tut. & rat. distrab. quas hodiè singulis annis, ex constit. Carol. V. In der
Pöstein Ordnung in comitiu augustanü. 1548. postulante Magistratu red-
dere tenentur (sunt & aliæ actiones quæ competunt constante tutela, ut-
pote furti, damni, injuriæ, l. 9. §. ult. ff. d. tut. & rat. dist.) Requisite autem
hujus sunt: 1. ut tutor administraverit bona: 2. finitum sit tempus tu-
telæ vel pubertate, i. e. quatuordecim annorum spacio, vel morte.
Old. cl. 4. act. 30. n. 8. 3. ut iste pupillus factus minor faciat id cum au-
toritate curatoris. 4. ut petant rationes tutelæ gestæ ex negligenti ad-
ministratiõne. Notandum imprimis, si multi sunt tutores, quemlibet
in solidum posse administrare, etiam si non dictum fuerit, l. 1. C. si unus
ex plurib. tutorib. Potest etiam quilibet in solidum conveniri, si benefi-
cio suo divisionis renunciavit. Datur autem hæc actio in simplum pro-
pter dolum & latam culpam ac levem, Trentl. h. 6.

32. Contraria est quæ competit tutori, imò protutori, & curato-
ri, contra pupillum vel adolescentem, finita demum tutela, l. 1. § 3. ff.
d. cont. tut. act. pro eo quod bona fide ex officio & susceptis obligatio-
nibus impendit in bona pupilli, licet contrarium habuerit exitum.
Vves par. d. contr. tut. & utili actione. Hujus requisite sunt 1. bona
pupilli administrata esse à tutore. 2. tutelam à se esse depositam. 3. ex
administratiõne ista tutorem propter sumptus expensos, aut susceptam
obligationem bonorum suorum defectum percepisse. Potest etiam tu-
tor consequi ea, quæ aliàs ipsi debebat pupilli pater, nisi salvam
adversus heredes patris habeat actionem, Myns. per l. 1.

§. 5. 6. ff. d. contr. tut.





Ad praestantissimum

DN. RESPONDENTEM

Pulchrior est virtus, quàm discere, vera tueri
Dogmata. Sin publicâ falsorum nube remotâ
Ponere luce, etenim hæc ipsam deducit ad arcem
Legalis ∞ Qias: hanc qui non desipit agrâ
Mente lubens sequitur, sequeris presentia **QUECCI**,
De Tutelari verissima dogmata ponens
Jure, eadem q₃ pari studio (cui Jova benignus
Annuat) è cathedrâ nunc propugnare laborans.
Maeste! ita porrò iter hoc juris decurrere perge,
Et capies maturè optata brabeia laborum.

Joachimus Schnobelius, J. U. D.
& Prof.

Quantos progressus, mi Quecci, in Iure ve-
rendo

Feceris, hoc monstrant Themata docta tua.
Quod bene cæpisti, stadium bene pergere perge;
Si modò sic perges, præmia larga feres:
Præmia larga feres, poteris Decus esse Tuorum,
Multaq; Communi commoda ferre Bono.
Ergo perge, Themis porrò Te perget amare;
Atq; Tibi tandem præmia magna dabit.

Gratulabundus f.

Henricus Kerker / Jeverensis.
GEOR.

GEORGIUS ANDREAS QUECCIUS.

^{ἀναγκαῖα μὲν}
CUR IN SUDORE? AGGE! QUIESCAS

Sic est, ingenij nolens intendere nervos
Nunquam conspici culmen honoris a dit.

Queccius hoc novit, qui Juris castus Amator
Tendit ad Eunomia per juga celsa domum:

Hoc satis ostendit Doctorum Pulpita scandens;
Hoc de TUTELIS themata docta probant.

Mi Quecci, quaeso, CUR IN SUDORE htaisti
Fatidica Themidi Justitiaq, Tua?

Annon ut tandem dulci requiete QUIESCAS?
AGGE! id acutetigi, pullulat inde quies.

Te veneranda Themis pulcro maetabit honore,
Atq, Tuo studio digna brabea feret.

Quod Amicissimo suo L. MQ vovebat

Johannes Silckensiede/
Jeverensis.



Int. Quodsi verò de facto administrare per
ministracione, nec prius ad tutelam recipien
suspecti actione §. 7. *Inst. hie.* Neq; verò per
clinari porest, cum illa malevolum tutoris p
mutet. §. *ult. eod.* Quodsi tamen aliquo ne
pupillo conjunctus sit, præstat tutori curato
nominis & fame dispendio eundem remove

29. Suspectus autem remotus, si quidem
non æquè si ob culpam, latam se. Nam ob h
stulari posse constat *ex l. 7. §. 1 ff. b. r.* non v
rium statuentibus obijcitur: quod crassa r
non annumeretur, attentamprimis negotii
sitate l. 5. §. 13. l. 22. d. *his qua ut indig.* infan
par erit. Neq; verò lata culpa dolo æquipara
secundum quid ad dictum simpliciter. Nam
qui not. infam. ultra remotionis actum ne
in uno tertio conveniunt, ea inter se quidem
eadem. Nam dolus l. 1. §. 2. ff. d. *dol. mal.* co
autem in omittendo.

30. Finitur tutela vel speciatim, quoad
bertate, quæ in masculis 14. in foeminis 12.
2. eventu conditionis adpositæ, vel certiter
§. 3. & ff. d. *Tutel.* Vel communiter, quo
1. ex parte utriusq; tã pupilli & tutoris, quam
vera vel quasi, puta maxima vel media ca
niente, §. 3 & 4. eod. l. 14. ff. d. *Tutel.* mort
ris periculum tutelæ nihilo minus ad tutor
Bocer. per l. 60. in pr. ff. d. ritu nupt. 2. respe
nima capitis deminutione, §. 4. *hæc.* 3. que
justa excusatione: Injusta causa non præsta
13. 19. 21. G. d. *excus. tut.* 4. suspecti remoti
d. *Tutel. Ulpian. in Inst. tit. ii. d. Tutel.* §. b
dicta sufficient.

31. Cùm ergo tutor obligetur ad red
suz rationes: 2. ad solvendum quæ ex rebu
sident: 3. ad reficienda damna, quæ ex tute

the scale towards document



est ab ad
demum.
tionem de
quaquam
culo tutor
quam cum

mosus est:
quem po
ia. Contra
is infamix
fficii neces
gentiæ non
iam à dicto
§. pen. d. his
quæ enim
ed non sunt
ndo: culpa

citer, i. pu
pr. *Inst. h. r.*
5. eod. l. 14.
uram simul:
toris, morte
one interve
i vel mino
s pertinet,
minoris, mi
curatorem,
, l. 15. 8. 9.
l. 14. §. 4. ff.
quibus supra

ministracionis
pud eum re
quam debe
bat